



Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

Complectens Constitutiones Benedicti XIV. ab initio Pontificatus usque ad
Annum 1746

Luxemburgi, 1752

LXXV. Concionatoris Apostolici munus Ordini Fratrum Minorum Sancti
Francisci Capuccinorum perpetuo addicitur. 2. Martii.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74696](#)

tenore præsentium, Archiepiscopalem Ecclesiam Amasie, qua Helenoponti Metropolis Turcarum Tyrannidi subiecta, quoad nominis honorem saltem conservari meretur, eidem Cathedrali Ecclesiae Papiensi unius, & incorporamus, ac perpetuis futuri temporibus unitam, & incorporatam esse, ac fore declaramus, statuimus, decernimus, & ordinamus, ita non modo idem Venerabilis Frater Franciscus Papius Episcopus, sed quicunque pro tempore in Episcopali Papiensi Cathedra ipsi successerit, una insimul nuncupetur, inscribatur, & sit Archiepiscopus Amasienis, & Episcopus Papiensis, cum omnibus, & singulis juribus ratione tum Episcopali Ecclesiae Papiensis, tum Archiepiscopali Ecclesiae Amasensis ad ipsum respectivè spectantibus; Nec propterea eundem Archiepiscopum, & Episcopum, ad Archiepiscopalem Ecclesiam prædictam Amasie, donec ab Infidelibus detinebatur, accedere, & apud eam personaliter residere minime teneri.

§. 4. Præterea volumus, & mandamus, ut idem Episcopus Papiensis, & Archiepiscopus Amasienis, deinceps semper, ut antea, memorata Apostolica Sedi immediatè subiectus intelligatur, nec juxta Concilii Tridentini decreatum, & Concilii Romani à fel. record. Benedicto PP. XIII. Prædeceffore nostro celebrati, præscriptionem, sibi Metropolitanum, quem haec tenus non eligit, imposterum eligere teneatur; nec Cause quacumque Civitatis, & Dioecesis Papiensis ad quenvis, jure appellationis, nisi ad Apostolicam Sedem predictam, deferantur.

§. 5. Denique statuimus, ac declaramus, eundem Franciscum modernum Episcopum Papiensem, tenore præsentium, absque illa alia declaratione, sive Apostolicarum Literarum expeditione, re ipsa Archiepiscopum Amasiensem esse, ac fore, & nuncupari posse, ac debere: iphus vero pro tempore Papiensi Ecclesiae præfatae præficiendis Antistitibus, toties, quoties præfici contigerit, per easdem Apostolicas sub Plumbo pro Papiensi Ecclesia expediendas literas, titulum Archiepiscopi Amasensis conferri debere, facta semper unionis, & incorporacionis hujusmodi mentione; quem sanè titulum Archiepiscopi Amasensis ita unitum, & incorporatum esse, ac fore volumus ac præcipimus Episcopo Papiensi pro tempore existenti, ut quicunque Papiensis Episcopus, si ipsum ab Ecclesia Episcopali Papiensi ad aliam Episcopalem Ecclesiam transferri evenerit, reliquo Archiepiscopi Amasensis titulo, alium alterius Archiepiscopalis Ecclesiae titulum ab Apostolica Sede præfata impetrare, & obinere debeat.

§. 6. Decernentes easdem præsentes literas, & in eis contenta quacumque, etiam ex eo, quod quicunque cuiusvis status, gradus, ordinis, conditionis, præminentie, vel dignitatis, seu alias specifica, & individua mentione, & expressione digni, in præmissis quomodolibet ius, vel interesse habentes, seu habere prætententes, iisdem præmissis non consenserint, nec ad ea vocati, citati, intimati, aut anditi fuerint; tametsi suorum Indultorum, vel privilegiorum vigore, coæsentire, seu vocari, citari, intimari, & andiri semel, vel pluries quoquomo do debuissent, aut ex alia quacumque juridica, privilegiata, & rationabili, ac etiam tali, qua ad effectum validitatis præmissorum necessariò exprimenda foret, causa, occasione, colore, prætextu, titulo etiam onerofo, & capite etiam in corpore juris clauso, etiam enormis, enor missima, & totalis læsionis, illo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis virio, seu intentionis nostra, vel interesse habentium consensus, aliwo quolibet etiam maximo, substantiali, esentiali, formalí, aut incogitato defecu notari, impugnari, infringi,

invalidari, retractari, rescindi, in controversiam revocari, ad terminos juris reduci, seu adversus illas aperitionis Oris, restitutionis in integrum, aliudque quodcumque juris, facti, vel gratia remedium intentari, vel impetrari, seu etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine paribus concessa quæpiam in Judicio, vel extra illud uti, seu se juvare nullatenus posse; Sed eadē præsentes literas, & in eis contenta quacumque, semper firma, valida, & efficacia existere, & fore, suosque plenarios, & integrō effēctus fortiri, & obtinere, ac eidem Francisco Archiepiscopo, & Episcopo, & suis pro tempore Successoribus in omnibus, & per omnia plenissimè suffragari; Sicque, & non aliter in premisso per quoscumque Judges Ordinarios, & Delegatos, etiam Cau sarum Palatii Apostolici Auditores, & Sancta Romana Ecclesiae Cardinales, etiam de Latere Legatos, & Apostolica Sedis Nuncios, aliosve quolibet quacumque præminentia, & potesta fungentes, & functuros, sublata eis, & eorum cuilibet quavis alteri judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiri debere: ac irritum, & inane, si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 7. Non obstantibus præmissis, & quatenus opus sit, quacumque Nostra, & Cancellaria Apostolica regula in contrarium præmissorum quomodolibet edita, alisque Apostolicis, ac in Universalibus, Provincialibusque, & Synodalibus Concilis editis generalibus, vel speci alibus Constitutionibus, & Ordinationibus, nec non dictarum Ecclesiasticorum Ecclesiasticorum etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis prærogativis, statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & Literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, etiam pro sufficienti corum derogatione, de illis, corumque totis tenoribus, specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio, seu quavis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum omnium, & singulorum tenores præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, ac de verbo insertis habentes, illis alias in suo labore permanens, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse, ac plenissimè, & amplissimè derogamus, ac derogatum esse volumus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Roma apud Sanctam Mariam Majorem sub Anno Piscatoris die xv. Februarii MDCXLIII. Pontificatus Nostri Anno Tertio.

Pro D. Card. Passioneo.
Cajetanus Amatus.

Concionatoris Apostolici munus Ordini Fratrum Minorum Sancti Francisci Cappuccinorum perpetuo addicitur.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Ad perpetuam rei memoriam.

INCLYTUM Fratrum Minorum Sancti Francisci Cappuccinorum nuncupatorum Ordinem, dum in Minoribus quidem essemus, ea, qua par erat, veneratione prosequebamur: in hac verò Sacrosancti Apostolatus specula constituti, majoribus Apostolicæ nostræ caritatis, benignitatisque testimoniosis complecti gestimus; considerantes maximè, quanta, & quam luculenta Christianæ pietatis, & reli-

Derogatio nes.

Dat. die 15.
Febr. 1743.

LXXXV.

Pontificis studium erga Ordinem FF. Minorum Cappuc.

giosa perfectionis exempla, cum sacrarum doctrinarum splendore, atque aeterna Animarum salute conjuncta, sicut ab initio, in Catholica Ecclesia, ita in dies proferant religiosissimi illius Ordinis Alumni; ut nihil Orthodoxos, Acatholicoque vicissim vehementius perstringat, & ad saniores mentem reducat, quam celeberrimi Instituti inita cum austerioris vita sanctimonia ratio, & Christianarum virtutum semita, prius per eosdem Alumnos quam diutissime trita, deinde aliis exemplo, & verbo indicata.

Horum eximia opera in munere Concionatoris Sacri Palatii.

§. 1. Eapropter accedentes Nos ad audiendum Verbum Dei, quod in Apostolico Palatio statim temporibus praedicari solet, tunc temporis maximopere laudabamus sapientissimum Romanorum Pontificum Praedecessorum nostrorum consilium, qui ex hoc potissimum Ordine Praedicatorum ad hujusmodi officium adsciscere conseruerunt; Ex illo enim, non tam majorum nostrorum, quam nostra etiam memoria, prodierunt insignes Verbi Dei Praecones, quorum etiam in praesentia quamplurimi ubique per Catholicum Orbem commendantur. Inter alios vero, qui praeclaras Concionatoris in Palatio Apostolico partes, summa cum nominis laude, expleverunt, praeter Venerabilem Fratrem Bonaventuram Ferrarie Archiepiscopum à Nobis, dum in minoribus pariter essemus, cum voluptate diu auditum, ac tantoper probatum, duo etiam in Sacrum Sancte Romana Ecclesie Cardinalium Collegium adlecti fuerunt, Anselmus a Monopoli, & Franciscus Maria ab Arctio.

Utilitas ad dicendi perpetuo hujusmodi munus eorum Ordini.

Quod per praesentes statuerit.

Clausulæ & Decreta.

Derogationes.

giosa perfectionis exempla, cum sacrarum doctrinarum splendore, atque aeterna Animarum salute conjuncta, sicut ab initio, in Catholica Ecclesia, ita in dies proferant religiosissimi illius Ordinis Alumni; ut nihil Orthodoxos, Acatholicoque vicissim vehementius perstringat, & ad saniores mentem reducat, quam celeberrimi Instituti inita cum austerioris vita sanctimonia ratio, & Christianarum virtutum semita, prius per eosdem Alumnos quam diutissime trita, deinde aliis exemplo, & verbo indicata.

§. 1. Eapropter accedentes Nos ad audiendum Verbum Dei, quod in Apostolico Palatio statim temporibus praedicari solet, tunc temporis maximopere laudabamus sapientissimum Romanorum Pontificum Praedecessorum nostrorum consilium, qui ex hoc potissimum Ordine Praedicatorum ad hujusmodi officium adsciscere conseruerunt; Ex illo enim, non tam majorum nostrorum, quam nostra etiam memoria, prodierunt insignes Verbi Dei Praecones, quorum etiam in praesentia quamplurimi ubique per Catholicum Orbem commendantur. Inter alios vero, qui praeclaras Concionatoris in Palatio Apostolico partes, summa cum nominis laude, expleverunt, praeter Venerabilem Fratrem Bonaventuram Ferrarie Archiepiscopum à Nobis, dum in minoribus pariter essemus, cum voluptate diu auditum, ac tantoper probatum, duo etiam in Sacrum Sancte Romana Ecclesie Cardinalium Collegium adlecti fuerunt, Anselmus a Monopoli, & Franciscus Maria ab Arctio.

§. 2. His sanè, aliisque animum nostrum moventibus, atque ex eo etiam adducti, quod in hac Alma Urbe nostra alia Officia, atque Ministeria aliis nonnullorum Religiosorum Ordinum Alumni ita addicta in perpetuum sunt, ut munera hujusmodi, tamquam sibi debita, vindicantes Ordinum Superiorum, quo laudabilius obeantur, optimum quemque suorum omni studio, atque cura conquerant; confidimus fore, ut imponsterum, quemadmodum haec tenus, benedicente Domino, factum est, ex memorato Cappuccinorum Ordine eximii in Apostolico Palatio Concionatores habeantur.

§. 3. Itaque, Motu proprio, non ad aliquos Nobis super hoc oblate petitionis instantiam, sed de nostra mera deliberatione, ac certa scientia, auctoritate Apostolica, tenore praesentium, statuimus, decernimus, & ordinamus, quod deinceps perpetuis futuris temporibus Officium praedicatum Concionatoris Apostolici, alii cui dicti Ordinis Minorum Cappuccinorum Professori, committi, concedi, & assignari debeat.

§. 4. Decernentes easdem praesentes litteras, & in eis contenta quæcumque, semper firma, valida, & efficacia existere, & fore, suoque plenarios, & integras effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore quandocumque spectabit, in omnibus, & per omnia plenissime suffragari; siveque in premisis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Caesiarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiti debere; ac irrumptum, & inane, si fecis super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 5. Non obstantibus premisis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, nec non dicti Ordinis Cappuccinorum, etiam jureamento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis Statutis, & Consuetudinibus, Privilegiis, quoque Indultis, & Literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodo libet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores praesentibus pro plenè, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis

alias in suo labore permanens, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contraria quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die II. Martii MDCCXLIII. Pontificatus Nostri Anno III.

Pro D. Card. Passioneo.

Cajetanus Amatus.

Epistola Decretalis in causa jurisdictionali jam dudum pendente inter Episcopum Conversanum, & Ordinem Militarem S. Joannis Hierosolymitani, Expeditur vis Possefionis quadragenaria, & immemorabilis. Indulta Apostolica, & Episcoporum cessiones quatenus jurisdictionem activam, vel exemptionem passivam dumtaxat important &c. Sententia fertur pro Episcopo Conversano, & opportunis Decretis & clausulis munitur.

BENEDICTUS EPISCOPUS,
Servus Servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam.

APOSTOLICA servitus officium, quod humeris nostris, licet imparibus, inscrutabilis impulsi Divini altitudo confili, illius Nos sepe admonet sollicitudinis, quam Romanum Pontificem, ad procurandam omnium Ecclesiæ tranquillitatem, earumque tuenda comoda, & jura, vigili curâ oportet impendere; ut Episcopi ad eisdem regendas a Spiritu Sancto positi, avulsi omnium dissensionum semiibus, commissi sibi gregi attendentes, ministerium suum in dulcedine pacis adimplant.

§. 1. Cum itaque ad nostri Apostolatus auditum, publico primum sermone, ac fama, & deinde demissa Venerabilis Fratris Macaritæ Episcopi Conversani expositione nobis humiliiter facta, delatum sit, inter Episcopos pro tempore Conversanos ex una, ac dilectos filios Magnum Magistrum, & Fratres Milites militiae S. Joannis Hierosolymitani ex altera partibus, annosam item, & jam senescentem intercessisse, super exercitio jurisdictionis Ordinaria in Oppido Putiniani; itemque ipsam, tametsi a bonum. Cæsare Lambertino Episcopo Insulano, vigore commissionis signata manu fel, rec. Leonis Papæ X. Predecessoris, per definitivam sententiam olim diremptam, nihilominus denuo in Foro instauratam fuisse, & in Caesiarum Palati nostri Apostolici Auditorio, magno iporum litigantium incommodo, ac dispedio, diutissime exigitam, & per varias ambages ad hanc diem protractam, & adhuc in eodem Auditorio pendente, majori utriusque partis detrimento in diem magis magisque protrahi posse: Idcirco ut celerius & expeditius, quod fieri posset, eidem tandem finis imponeretur, servata tamen, sancteque, ut par est, custodia Canonistarum legum, & sanctionum censorum; Nos Praedecessorum nostrorum Romanorum Pontificum, præcipue Innocentii PP. III. morem, & exempla secuti, qui restituenda pacis, & concordie solliciti, ad parendum litigantium expensis, & temporis diurnitatis consulendum, non detrectantes onus, & laborem cognitionis ipsarum controversiarum, Apostolicæ auctoritatis, & providentie partes non semel per se ipsi interposuere; causam hujusmodi ferè interminabilem, & perpetuam, ad Nos avocavimus, eamque, adscitis in consilium dilectis Filiis Caesiarum Palatii nostri Auditoribus, & allegationibus iuriis, & facti diverorum Jurisperitorum,

ANNO
1743.

Dat. die 2.
Mart. 1743.

Exordium
ab Ecclesiæ
sticæ pacis
cura.

Controver-
siae antiqui-
tas, & sta-
tus.

Eam Ponti-
fex ad se
avocat, cum
cœfilo Audd.
S. Pal. Pra-
decessorum
exemplo, de-
cidendam.

qui